Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8206
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Ubi gloria & honore cupis vera gloria & summ
honor deus est Ubi pacem vis pro eterna
re est Quidquid bonum quaeris summum bonum
& omne bonum ipse est Imo ipse totus desi=
derabilis totus dulcis, totus amabilis totus su=
avis et totus delectabilis Ipse semper ubique
totus est Ubicumque fuis sine ipso male erit
& male tibi erit Et ubicumque fueris cum ipso
bene eris & bene tibi erit Ubique itaque te
totum ei qui te totum fecit, a quo omnia habes
cum gratiarum omnipotente vivus Bernardus ei
qui te non sinit cadere in omnia petit quia no
permittit ut inferas tibi omnia mala ac dam=
na quae libenter facis Totus ipse amapres
& filium & spiritum sanctum solum verum & summum deum
qui ipse solus. & vere & summe te diligit
Placeat ei voluntas tua sibi & voluntas
eius ipsi tibi placeat Semper te concordia cuico
ipse sequi eius voluntatem omnibus qui ipse bonum
tuum vult Cum michi aliud curat nisi sa
lutem tuam Cum voluntas ipsi admirandum
tibi est benignola & delectat bene facere tibi
magis amici est deus tibi quam tu ipse tibi
quia magis ipse te diligit quam tu te metipsum
Nunquam credis alicui auxilium fortius aut alicui
consilium fortius utilius Erras plane si id credis
Stultissimi & dementissimi es qui tua desi=
deria vel alios sequeris & illius consilium
dimittis qui ipse est amicus dulcis sapiens
& pius consiliarius & salvator & suis oni
adiutor fortis & potens per fuit secula & princeps
Pax Amen